**& æquinoctialem circulum.** Cancer autem sic dividitur medius: ut inter duos oculos eius: circulus trajectus existimetur. In his signis & hoc: ut ante diximus: circulo cum uehitur sol: euenit nobis: qui hac inclina tione mundi utimur: ut sint diei de partibus octo partes. v. Noctis autem tres. Neque ita tamē ut ex horologii sed ex sphæræ ratione. Cum enim sphæram ita cōstitueris ut circulus is qui arcticus vocatur semper ap pareat. Nunquā autem antarcticus exoriatur: atque ita sphæra est con stituta: si uoles circulum æstiuum diuide re in partes octo: ex his intue nies partes. v. in sphæra apparere: tres autē infra tāquā sub terra esse. At aliquis dixerit cur sphæræ circulos diuidamus in partes octo pos tis q̄ duodecim: aut quot libuerit alias partes: hic non sphæram sed se fallere hac ratione inueniet porro arbitror. Si enim ita fecerit ex æstiuo circulo partes. xii. ex his partes. vii. & dimidiū partis apparere: quattuor autē & dimidium sub terra inueniet esse. Itaque euenit ut cū ad octo partes addita dimidia fit: similiter ratione ad partes quatuor: accedat pars dimidia: & fiant supra terrā partes septē & dimidiū par tis. Reliquum autē sub terra quod est partes quattuor & dimidium. Igitur oportet intelligere ut non in minutis partibus & dimidiis fiat: sed certis numeris cōficiatur ut euenit in partibus octo. Præterea qm̄ sphæra diuisa in partes. xxx. euenit ut ab æstiuo ad hyemalem sint par tes octo: nimiq̄ certe eos circulos diuidemus in partes octo. Præterea quoniā ab æstiuo circulo ad æquinoctialema sunt partes quattuor de .xxx. Et rursus ab æquinoctiali circulo ad hyemalem de partib⁹. xxx. partes. iiii. & ita nihilominus æquinoctialis ipse per se circulus medius diuidit: ut dimidia pars eius sit sub terra de partib⁹ octo: partes quat tuor & totidem supra: & tota ratio ad octauam partē perueniat: non dubiū est quin recte diuidat in partes octo. Præterea cum sol per hos circulos currens iter annuū conficere uideatur: & ab omniū signorum octaua parte: ut posterius dicemus: incipiat exoriri: ut ad aliud signū transire: neque illa alia parte signi utatur recte ipsi quinq̄ circuli diui duntur in partes octo. Præterea cum septem sidera ad cūdem statum reuertantur: quibusdam placuit: ut cuiusmodi dies hodiernus fuerit in solis aut luna tempestate: eiusdem modi octauo anno sit fatus: uere sphæra quoq̄ diuidetur in partes octo. Præterea cū uideamus octa uo quoq̄ die eiusdem sideris horā primā aut quālibet deniq̄ esse ut cuius hodie fuerit hora prima eiusdē octauā quoq̄ futurā: uerissimū est ipsā quoq̄ sphærā unde horæ sumunt diuidi in ptes octo. Sed ne reliq

**S** permittamus in hoc occupari: ad ppositū reuertamur. Ecundus ab æstiuo æquinoctialis est circulus in quo hæc signa & partes eorum perspici possunt. Aries totus omnib⁹ pedibus

inxixus videat. Hunc autem Aratus omniū siderū celerimū esse demonstrat etiam minorē arcto: quæ breui spacio uertitur præstare: id quod uelit esse sic poterimus uel facillime intelligere. Cū sit enim maximus circulus æquinoctialis in sphæra in eōq; aries ut affixus uideatur: quomodo cumq; fuerint figuræ corporum collocatae ut ad etundem circulum perueniant: necesse est semel uerti sphæram. Quo cum fiat: & aries in maximo circulo & eodem tempore ad locum quo sidera reliqua perueniant: necesse est eum celerimū dici: sed nos ad circuli affectionem ueniemus. & reliqua dicemus: in eodem tauri genua ut fixa perspicitur. & si nonnulli ita finxere ut uno genu hoc est dextro nixus: sinistro prope pede contingere uideatur. De hoc in medio relinqueamus. Sed in eodem circulo. zona Orionis ut ipso circulo præcepimus existimetur. Hydra flexu a capite primo ut cervicibus erectis cancrum contingere uideatur. & ex inferiore corpore hydræ crater cum coruo uelut fixus esse circulo conspicitur. Item paucæ stellæ chelarum: eodē adiunguntur Ophiulci genua eodem circulo a reliquo diuiduntur. Aquila sinistriore penna pene eum cōtingens figurata est: Eodemq; circulo caput pegasi cum cervicibus nititur. His corporibus signorum æquinoctialis circulus finitur. Quo sol cum peruerterit bis uno anno conficitur æquinoctium: hoc est in ariete & chelis. In hac enim parte sphærae & uer & autumnus confici existimatur. Ita ut uer sit in ariete autumnus in priore parte scorpionis. Quod signum nonnulli libram dixerunt: per hunc circulum transiens sol ab ariete ad chelas: efficit sex mensium diem: his locis qui intra arcticum uidentur orbem. Non item autem his qui antarctico circulo sunt clausi. Quate magis his locis nemo potest durare. Et rursus ab autumno usq; ad Ver: hoc est a chelis usq; ad arietem perueniens efficit his locis sex mensibus perpetuis diem in quibus ante noctem demonstrauimus. Econtrario autem nocte his qui boreo polo sunt p̄xitai. Sed de hoc ante diximus. Neḡ enim mirum est hac collatione sphærae id euenire. Erecto enim boreo polo neḡ unq; occidente euenit: ut corpora quæq; quæ ei proxima sunt circulo sero occidere uideantur. Id ex hoc intelligere licebit. Cum in his partibus sphærae habitetur quæ pars est ab æstiuo circulo ad orbem qui arcticos uocatur. & de arctico circulo hoc est de duabus ursis & dracone. caput draconis maxime nisi ipso circulo uideatur: ita ut his qui engonasin uocatur inter æstiuum & arcticum locatus: caput draconis premere intelligatur: quicunq; ut ante diximus ad ipsum caput draconis habitant: ita longo die utuntur ut eis ne ter tia qdē horæ pars in unaquaq; nocte his obtingat. Itaq; Aratus ait:

Καίνη του κεφαλή τῆς, οὐδὲ ταύτη πόθε ἀκρατεῖ

Μίσγονται δύοις παρακλητοῖς.

Item Cicero dicit: quod caput hic paulum sese subitoq; recondit: ortus ubi atq; obitus parte admiscentur in una. De hoc Homerus quoq; in odissea ita breuem noctem esse dicit: ut pastores cum alii exigant: alii reducant pecus: possint alius alium audire: cum unus propter nos tem pecus reducat: alter propter lucem exigat: sed nos ad propositum reuertamur.

**T**ertius ab æstiuo circulo qui hyemalis uocatur: his corporibus & eorum partibus finitur. Nā mediū Capricornum diuidens: & pedes Aquarii: per caudam pistricis ut traiectus uidetur. Dividit etiam leporem fugientem a erubibus & quadam parte corporis: & canis sequentis pedes: & natus ipsius puppim: Centauriq; certuices a reliquo corpore diuidit. Scorpionis extrema cauda q; acumen uocatur: eodem circulo coniungitur. Sagittarii arcus eodem orbe deformatur. Huius orbis infra terram sunt de partibus octo: partes quinque supra terram autem tres. Itaq; it brevior dies nocte ut ante demonstrauimus.

**Q**uartum circulum zodiacū esse Aratus demonstrat: de quo ante diximus: & posterius dicemus. Sed Aratus non ut reliqui astrologi ab Ariete duodecim signa demonstrat: hoc est uere incipiente: sed a Cancro hoc est ipsa æstate. Nos autē quoniam ab ariete incipiimus: ita protinus dicemus. In hoc enim circulo sic duo decim signa figurantur: Aries Taurus Gemini. In his tribus signis uer demonstratur: & æquinoctium uernum. Cancer Leo Virgo. In hic signis maxime æstas conficitur. Sed sol incipit a Virgine iam transire ad æquinoctium autunale Chelæ: Scorpius Sagittarius. In his tribus signis autumnus efficitur: & æquinoctium autumnale Capricornus Aquarius Pisces. In his tribus signis sol hyemem conficeret demonstratur. Et si nulla sunt signa. xii. sed. xi. ideo quod Scorpio magnitudine sui corporis duorum locū occupat signotum. E quibus prior pars chelæ: reliqua autem Scorpio uocatur. Prior enim astrologi cum omnes res ad. xii. partes reuocant: ut menses & horas & latitudinem signorū. Itaq; & signa per quæ res omnes significantur. xii. uoluerunt esse.

**S**ed qm̄ septē circulis in prohemio propositis: de quattuor circulis mentionē fecimus ne septē ex ordine demonstratis: aliquid a nobis obscurius dicitū uideat de septē supant. iii. artictos: antarcticos & ille qui Lacteus uocat. Itaq; de his dicere incipiemos. Arcti, con igitur orbē sustinet caput draconis cū reliqua corporis parte. Cepheus autē pectore suo circulū iungit: eodē orbe nitunt & pedes majoris Vrsæ. Praterea sedile cassiopeia cū pedib⁹ eius nitit ipsi circulo:

& de destro pede genuq; finistrō & pedis prioribus digitis eius qui en-  
gonas in uocatur: & manus sinistra boetis exteriori parte circuli per-  
uenit cōiuncta. Ad antarcticon autem circulum peruenit extrema na-  
uis Argo: pedesq; Centauri posteriores adiunguntur. Piores autem  
prope cōtingere. Et ara uidetur prope affixa Eridanisq; fluminis extre-  
ma significatio.

**R** Elikum est nobis diffinire quem supra Lacteum orbem demō,  
strauimus. Ipse enim dedit Oloris extremam finistram pen-  
nam: quae extra æstuum peruenit finem. Præterea transit manū  
dextram Persei & ab humero sinistro Atrigæ perueniens sub manum  
eius dextram. Et geminorū genua & pedes eius signi quod procyon  
uocatur. Hic diuidens æquinoctialem & æstiuū circulum: tangit extre-  
mū finem mali: qui in argo naue defixus uidet. Deinde rursus reuer-  
tens genua Centauri diuidit a reliquo corpore & extremam caudam  
terminat Scorpionis: & arcum mediū Sagittarii & aquilæ dimidiā par-  
tem per eius transiens pennas.

**Q** uoniam de hiscæ rebus exposuimus ordine: mundi rationem:  
& quædammodum moueatur protinus dicemus: & in duodecim  
signorū exortu quæ deinde corpora consequant: & quæ perue-  
niant ad occasum. Conuenit nobis mundū ab exortu ad occasum cō-  
uerti. Ideo q; uidemus stellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic  
enim primum poterimus scire quid sit exortus: & qui occasus. Si quis  
enim nostrum aliquis astiterit contra exorientem solem necesse est ar-  
cos a nobis a finistris partibus esse. Cum id ita fiat: illud quoq; ne-  
cessē est ut omnia e dextris partibus exorta: in finistris occidere videā-  
tur: de quo & ante diximus. Igitur cū uideamus stellas exoriri & occi-  
dere: necesse est mundū quoq; cum stellis uerti. Sed nonnulli aient nī-  
hilominus id euenire posse: ut si stante mundo stellæ exoriantur & o-  
cidant: quod fieri non potest. Si enim stellæ vagæ feruntur: neq; mun-  
dus ipse uoluit: nō possunt corpora stellis figurata incolumia & cer-  
ta permanere. Illud enī uidemus in toto mundo stellas erraticas esse  
. v. neq; horum cursum quēquā posse diffinire. Aratum ipsum quoq; ne-  
gare se difficiles eorū cursus interpretari posse. Q uomodo igitur cū  
quinq; stellas nemo possit obseruare: tot milia quisquā possit peruide-  
re: nisi qui permittat hoc: cursus stellarum posse esse & nihilominus fu-  
guras corporum permanere: quod si non est: tota sphæra ad irritum  
re uocabitur. Quicunq; enim sphæram fecerit: non poterit efficere ut  
sphæra stante nihilominus stellæ uersentur. Illud etiā uidemus in ex-  
trema cauda draconis stellam esse: quæ in se uertatur: & in eodē loco  
confer. Q uod si omnes stellæ vagæ feruntur: hanc quoq; loco moue-

ri necesse est: quod non evenit. Igitur necesse est mundum quoq; non stellas uerti. Quoniam ostendimus mundū cum stellis q̄ potius stellas per se uerti:nunc reliqua dicemus.

**O**mnis enim traditum sit nobis prius noctem q̄ diem fieri noctem dicemus umbrā terrae esse eanq; obstatē lumen solis. Et si nō nulli dixerunt in solis cursu evenire: ut cum peruerterit ad eum locum ubi occidere di catur: ibi montium magnitudinem a nobis lumē auerti solis: & ita noctem uideri. Quod si ita sit: nimirum eclipsis solis uerius q̄ noctem dixerimus. Sed aliter esse ex ipsa sphæra licebit intellegere.

**O**rison enim dividens ea quæ uidentur: & quæ non apparentur. Ita diffinit sphæram: ut semper sex signa de duodecim in Hemisphærio uideantur supra terram. Sex autem signa sunt infra sub terra. Igitur cum in uno eorum sol nixus ferri uideatur: ab eo circulo qui orizon uocatur exoritur. Itaq; incipit lucere. Cum nihilominus ipse mundus uertatur cū reliquis signis. Sed quo facilius intelligatur: ponamus solē esse in Ariete a quo duodecim signa instituimus numerare. Igitur cū sol sit in Ariete exortente dies est: qui eum uerente se mundo peruenit ad eum circulum qui mensembris uocatur efficit diei partem dimidia. Sed sic etiam facilius intelligitur: & rursus ab eodē Ariete incipiemus. Cum aries est exortus: præter eum signa sunt in superiore Hemisphærio. Pisces: Aquarius: Capricornus: Sagittarius: Scorpio. Horum cum tria signa occiderint: hoc est Scorpions: Sagittarius: Capricornus: exorta sunt tria quæ Arietē sequuntur: hoc est Taurus: Gemini: Cancer. Tum fieri dimidiū diē necesse est: & arietem peruenire ad eum: quem mensembrium esse circulum supra diximus. Cum autem cum reliquis signis ipse aries occidit: & ex ortu est Leo Virgo: tum chelæ exoriuntur: & in superiore hemisphærio arietē occidēte uehuntur. Quæ cum occiderint: rursus aries exortus efficiet lucem. Sed ne in dubium ueniat: cum ariete occidente dixerimus chelæ exoriri: quid de reliquis signis sine sphæra posset intelligi: sic inuenietur. In quocunq; signo sol fuerit exoriens quodcūq; ab eo signo se primo loco fuerit: id noctū primū exorietur: & ita conficiet cursum. Mundus enim ipse semel in die ac nocte uerti uidetur. Itaq; evenit ut ipsa signa. xii. semel in die ac nocte uideri possint. Sed ne solis cursus de quibus postea sumus dicturi: potius q̄ quod ante capimus enuntiemus: ad incæptum reuertemur. Diximus enim principiū mundi esse noctem: deinde diem. Inter noctem & diem præter umbrā terræ nihil interesset arbitramur. Sed quoniā signorū supra & corpororū exortus instituimus ad hoc perueniemus.

**T**itur uertente se mundo per utrosq; polos & Axem quæ supra dimensionem sphæræ diximus esse: & ita sphæra collocata: ut unus polus semper sit supra terram: alter nunquā exoriatur ne cesse est. Arctus quoq; & reliqua corpora quæ sunt in arctico circulo nunquā occidere: reliqua autem omnia exoriri & ocedere: quod inferiora sunt ab eo circulo quem nunquā occidere diximus. Id enim posse fieri hæc edocet causa. Videmus caput extremum draconis: quod maxime arcticum extra circulum prominet: quodam tempore ita occidere existimatur: ut exortus cum occasu permisceatur: ut & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de summo circulo uidetur: necesse est omnia: quæ sunt inferiora exoriri & occidere. Igitur cōuenit nobis sidera uertente mundo occidere & exoriri. Præterea hac inclinatione coeli: cum unus circulus ita sit erectus: ut nunquā occidat. Alter ita sit terræ subiectus: ut nunquā exoriatur: quicunq; circuli fuerint in sphæra: hoc est ab æquinoctiali ad polum: qui Boreus appellatur: nulus erit eorum qui non maiorem partem circūductionis habeat supra terram. Qui autem ab æquinoctiali fuerint circulo ad eum polum qui notius appellatur: omnes inferiorem partem maiorem habebūt q; superiorem: & quanto magis ad polum notium accesserint: hoc maiorem partem sub terra habere perspicientur. Et quanto magis ad boreum finem uenerint: hoc maiore par tem circuli supra terram tenere uidebuntur. Quo enim erectior ipse polus fuerit hoc magis & circuli eius erectiores uidebuntur. Quod cum ita sit: si duo sidera simul fuerint orta: unum ab arctico: alterum ab antarctico circulo: serius occider: id illud quod ab arctico circulo fuerit exortum. Ideo q; maiorem habet circūductionem sphæræ: q; quod a notio polo est ortum. Si autē simul occiderint: seruis exorietur id signum quod ab antarctico fuerit exortum: ideo quod tota illa collatio mundi maiorem partem habeat sub terra: q; illa pars quæ in boreo polo est finita. Et non modo signa quæ sunt ad arcticum finem collocata: præstantibus corporib;: aut seruis occidunt: aut ante exoriuntur q; ea quæ notio polo depinximus. Sed ipsa quoq; corpora inter se dissentunt: ut si quod inferius sit signum: & id cum superiore exoriatur: tamen serius occidat. Econtrario itaq; si qua sunt signa ab æquinoctiali circulo ad notium polū figurata: horum si qua signa pariter exorta fuerint: citius occidēt quæ proximæ polum accedant. Euenit etiam ut non modo quæ simul sint exorta sidera ex his serius occidant: quæ proximæ arcticum circulum sunt collocata. Sed etiam si qua eorum ante exorta fuerint: quæ sunt ad notium polum finita: tamen ante occidat: q; ea corpora quæ in boreo polo figurata esse supra demōstrauimus ideo quod maiore circu-

ductione sphærae utuntur ea corpora: quæ ab æquinoctiali circulo ad arcticū finem sunt constituto. Igitur ostendimus qua inclinatione nun di sphæra sit constituta. Nunc ad. xii. signa reuertemur: & quoꝝ exortu quæ de reliquis corporibus occidat aut orientur cōmemorabimus: & initium ab ariete faciemus.

**A**RRIETI exortu: sinistra pars Andromedæ prouenire. Ara autē occidere uidetur. Cum eodem sidere exoritur: & Persei caput usq; ad umbilicum: ut dubium fore videatur: zona eius utrum usq; extremo Ariete an Taurō primum exoriēte prodeat ad lucem.

Taurō autem exorto quæ prius dubia fuerunt omnia sunt certa. Nam & ara omnino occidit: & Perseus totus est ortus: & Aurigæ caput cum reliquo corpore dūtaxat: ad finistrum pedem uideretur: & pistrix a cauda exoriens perspicitur. Hoc signo primum occidere boetes uidetur: & si cum quattuor signis occidit: neq; tamen totus ad terram potest uenire. Nam manus eius sinistra circulo artico conclusa: neq; oritur neq; occidit. Geminis exorientibus tota iam pistricis & fluminis. Eridani prior pars apparet: & Orion exoriri uidetur. Occidit autem Ophiulcus a pedibus genuum fine. Cancer exoriens obscurat dimidiā partem Coronæ: pistricisq; caudam: & notum piscem: & caput cū reliquo corpore ad umbilicū eius qui engonasin uocatur. Ophiulcum a genibus ad humeros: & anguēti totum præter caput & ceruicem: quæ ex æstiuo circulo tendit ad coronam. Boetem prope totum: terra tenet tectum. Exoritur autem & orionis corpus ad zonam & Eridanus totus apparet. Exortu leonis reliqua pars occidit coronæ: cum capite & Ceruicibus Anguis & Ophiulco. Engonasin autem qui uocatur eius præter finistrum genu & pedem nihil apparet: & Boetes totus obscuratur. Exoritur autem caput Hydræ cum lepore toto. & procyon cum pedibus prioris Canis & Aquila tota. Virgo autem exoriens: non pauca sidera obscurat. Nam statim lyra occidit cum sagitta & delphino: & Oloris a capite corpus usq; ad caudam prope occidit: & fluminis prior pars & equi caput cum cœrui. Exoritur autē hydra fine crateris: & canis totus: & nauis argo fine totius ueli. Chelis exorientibus uidetur & Boetes exoriens totus: & tota nauis apparet argo. Hydraq; præter cacumen extrellum caudæ quod est sub terra. Exortu: etiam genu & sura eius dextra: qui engonasin uocatur. Hunc eadem nocte occidere & exoriri licet uidere. Reliquum autem corpus: cum Scorpionis & Sagittarii prouent parte. Præterea cum Chelis exoritur cauda Centauri. Occidit reliquum Pegasi corpus: & Oloris extrema cauda: & Andromedæ caput cum umbi-

lico pegasis: & pistrix reliquo corpore ad ceruleos: ut caput eius folium videtur: & caput cephei pendens ad pistricis occasum cū manibus & humeris peruenit ad terrā. Scorpione exortente duæ partes fluminis occidunt: & reliquū corpus Andromedæ cū capite Cephei. Occidit etiā Cepheus capite ad humeros: quæ pars est extra arcticum circulum constituta: obscuratur etiā Cassiopæi a resupinata occidens. Exoritur autē corona quæ ante Centauri pedes iacere existimatur: & hydræ reliquū: quod caudam esse supra diximus. Prouenit etiā & corpus Centauri: quod equina figura uidetur: & ipsius hominis caput: & hostia quā tenere eū supra diximus. Deniq; ad id corpus qua fine pedes eius sunt priores. Ophiulci autē dūtaxat caput exoritur: & ipsius anguis caput: quod est cōtra Cancrū. Sagittariū exorientē. Ophiulcus totus exoriens insequitur: & anguis qui ab eo tenet: caput eius: qui engonafin vocatur. Et finistra manus eiusdē. Deinde lyra tota cū Cephei capite & humeris exit ad lucem. Occidit autē canis maior cū Orione toto & lepore: & Aurigæ superiore parte corporis. Præterea caput & pedes eius. Occidit etiā totus Perseus præter crus & pedem dextrum. Argo autē puppim solam relinquens: peruenit ad terram. Capricornus exoriens: haec sidera ad terram premere uidetur: reliquā figuram oavis & signum quod procyon vocatur. Eodē tempore & reliquum corpus occidit Persei. Exoritur autem Olor cum aquila & sagitta: & ara quā proximam esse notio polo diximus. Aquarius exoriens: a d dimidiā partem corporis equi pedes secum de terra ducit: & caput cum cernice pegasis. At etiam Centaurus a cauda ad humeros uirilis corporis occidit: cū hydræ capite: & cernicibus. Piscibus exorientibus: occidit reliquū hydræ corpus: & ipse Centaurus. Exoritur pīscis qui notius vocatur: & Andromedæ dextra pars corporis;


### De sole & luna: ac ceteris planetis.

**S**ic igitur exorientibus duodecim signis: reliqua corpora occidere & exoriri uidentur. Sed ut ante diximus: nunc protinus de solis cursu dicemus: Necesse est enim sole: aut ipsum per se morieris: aut cum mundo uerti uno loco manenter. Quod si maneret: necesse erat eodem loco occidere & exoriri: a quo pridie fuerit exortus: quēadmodum signa eodem loco semper oriuntur & occidunt. Præterea si ita esset: necesse erat: dies & noctes omnes æquales esset: ut q̄ longus hodiernus dies fuerit: tam longus semper sit futurus. Item nox simili ratione semper æqualis permaneat. Quod quoniam non est: illud quoq; necesse est cum uideamus esse dies inæquales: & so-

Iem alio loco hodie occasurū: & alio heri occidisse. Si igitur aliis locis  
oritur & occidit: necesse est eum moueri: non stare. Solem autē contra  
mundi motū currere: sic possumus intelligere. Euenit enim ut duabus  
ex causis sidera nō possint videre. Quarum una est cum abierint in  
fra terram: nostrū quoq; effugere cōspectum: ita ut inferius hemispha-  
rio ostenditur. Altera autē est ratio: quod ppter fulgorem solis & tūm  
maximā luminis sidera obscurentur: sive quod stellis obsistit: ne can-  
dor eaq; ad nōstros perueniat aspectus: sive sua magnitudine luminis  
officit oculis nostris ne præter eius ignem aliam rem superiorem per-  
spiciamus. Q uod magis uerisimile uidetur. Neq; enim solis ignē eius  
modi uideamus: cuiusmodi reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen  
auertit nostrum: ut ipse quoq; nobis non igneus: sed albus esse uidea-  
tur. Præterea in unaquaq; nocte. xi. signa necesse est apparere. Ideo q  
uno signo sol ipse nixus: iter conficere uidetur: cuius figuram corpo-  
ris ipse suo lumine obscurat. Cum eo enim signo & occidere & exori-  
ti uidetur. Nonnulli dicunt nox. xii. signa dūtaxat hac ratione per-  
spicere posse: si in eius signi prima nouissimaq; parte consistat. Habet  
enī. xii. signa partes eiusdem modi: ut unūquodq; eorum in longitu-  
dine habeat partes. xxx. In latitudine autem partes. xii. Itaq; euenit  
ut in longitudine signorum annus sit. In latitudine autem singuli dies  
sint. In prima parte signi nihilominus nos reliquum corpus eius signi  
uideri posse nōnulli dicunt. Simili ratione & si fuerit in extrema parte  
signi: quod fieri non potest. Nam cum sol sit in qualibet parte signi &  
exoriatur: ita magnum uidetur habere fulgorem: ut omnia sidera ob-  
scuret. Illud tamē potest euenire: ut cum sol sit in prima parte signi &  
occidat: reliquum corpus eius signi apparet. Sed certius & uerius est  
xi. signa q̄ duodecim apparere posse. Præterea queritur quare sol  
contra mundi inclinationē currens: uideatur cum ipsa sua sphera oc-  
cidere & uerti. Nam si sol cōtra siderum occasum curreret. De Ariete  
ad Pisces: non ad Taurū transire. Exoriri etenim ante Pisces q̄ Aries  
occidere perspiciuntur: & ita mundus uerti uidetur: ut prius Pisces q̄  
Aries occidant. Itaq; diebus. xxx. Sol in Ariete currens: & eius corpus  
obscursans: sic dūtaxat apparet Sol: ut ex eo loco quo Aries exoriri ui-  
deatur: & post triginta dies Sol uideatur ab eodem loco surgere: ex-  
quo loco Taurus ante exoriri uidebatur. Igitur apparet Solem ab  
Ariete ad Taurū transire. Q uod si ita est: necesse est eum cōtra mun-  
di inclinationem currere. Quare autem euenit ut ante diximus: q; ui-  
detur cum mundo Sol uerti. Eius similis hæc causa est: ut si quis in  
nauiculæ rostro sedens: inquirat ad puppim transire: & nihilomi-  
nus ipsa nauis iter suum conficiat. Ille quidem uidebitur contra  
nauiculæ cursum ire: sed tamen eodem perueniet quo nauis.

Hoc autem sic etiam facilis intelligetur: si nautas dimiseris in partes trecentas sexaginta quemadmodum sol diebus. ccc. lx. simul mundum transagit: eodemodo ut ante diximus si nauis sit diuisa: & in una pte de. ccc. lx. constituatur quilibet eorum. Nauis autem habet unius diei cursum: ille quidem contra nauim ire. Sed cum ea ad locum definitum peruenire intelligeret. Non enim extra nauim est: quia rostro ad puppem transit. Sed ipsa nauis continetur. Item sol cum per ipsum mundum iter conficiat: & eo contineatur: uidetur contra mundum ire: sed cum eo peruenire ad occasum. Cum enim mundus trecencies & sexagies se converterit: tunc sol iter annuum conficit.

### Sol



### De Sole.

Est qui conspicuus super hos quaesuit in astris  
Ausus habere deum solem cui tramite recto  
Conditio imposita est vigilem tolerare laborem.

**O** Voniā de sole q̄ uisa sunt nobis utilissima esse l̄fis mādauimus  
Nūc de luna dicemus. Et si alta conati p̄scribere: uelut natura  
uoluminis ad hoc loci deuenim⁹: ne nōnullis incaute hui⁹ rōnē  
relinquētes: aut pp magnū labore defecisse: aut in scia superati: nō ua-  
luisse pseq uideamur. Nos aut̄ nōnulloꝝ existimatiōis timēdā cā pseq  
& cōsuetudinis n̄a: rōnē demōstrasse. Sed qđ alteri⁹ q̄ri uolumē hoc p  
lecto nō uoltimus: nec tādiu rē cogitatā scripto alioꝝ ad desideriū ad-  
ducere. Prāterea cū reliq̄ oia diligētissime p̄secuti fuerimus: alienū ui-  
det eē nos nō eādē pseq cām. Quare sicut añ dixim⁹ ad incēptū reuer-  
temur: & necessario totidē uerbis de luna ac sole dicem⁹ ita. Lunā a so-  
le p̄ alios exortus & occasus neceſſe ē moueri: nō stare. Idꝝ facilius q̄  
de sole licet intelligere. neꝝ enī tā magnus ardor ei⁹ est ut officiat ocu-  
lis n̄is: necq̄ ut sol dies. xxx. unoquoꝝ signo uehiſ: ut difficile fit intel-  
lectu q̄ta particula luminis: aut ipſi⁹ signi supesse uideſ cū ad aliud trā-  
fierit signū. Lunā enī cū. xii. signa diebus. xxx. pcurrat: licet intelligere  
duob⁹ die b⁹ & sex horis: in alio signo eē. Hāc aut̄ cū a sole lumē acci-  
piat: & ita nobis lucere uideat: nō est uerisimile: de tā multis cāis poti⁹ eā  
cōſtare q̄ moueri. Si enī suo lumine uteret: illud quoꝝ seq̄bat: eā semp  
æq̄lē eē oportere: nec die tricesimo tā exilē: aut oīno nullā uideri. Cū  
enī totū trāſegerit cursū: sola āt ad aliud trāſir e signū intelligat. Prā-  
terea si suo lumine uteret: hui⁹ nūq̄ eclypsin fieri oportebat. Sed ne du-  
biū fiat q̄re solis eclypsis fieri posſit: q̄ utrisq̄ lumē dare supra fit dict⁹.  
Lunā āt nō facile fiat: cū alieno lumine utat. Eius hāc uerissima: ut ar-  
bitramur: est cā. Luna. n. cū ex toto mīdo & oīb⁹ stellis maxime terrā  
pxia uideat: & ad acies n̄as pueniat. Et quodā tpe torrēs pueniat ad  
eūdē locū signi qđ sol uehiſ obſeruare lumē ei⁹ a n̄o cōſpectu uideſ.  
Hoc āt maxie euénit die nouissimo cū luna trāſierit in. xii. signa. Et cū  
sol ad aliud signū trāſire uideat: & pxia fiet illi. Qđ euénire: ſic et̄ pōt  
intelligi: ut si q̄s alicui manū planā ad oculos admouerit q̄to magis ſic  
ſecerit: hoc minus ille uideri poterit: & q̄to lōgi⁹ ab eo diſcēſſerit: hoc  
magis illi oia poterit apparet. Siſ i ēne: cū luna ad solis locū puenit  
tūc pxia ei⁹ uideſ eē: & radios ei⁹ obturate: ut lumē emittere nō poſſit.  
Cū āt luna ab eo loco diſcēſſerit: tūc sol lumē eiſicit: & ita ad n̄a adiu-  
cit corpora. Luna āt eclypsis ſic euénit: cū p̄pe una dimēſione ſit luna  
cū abierit sol sub terrā dūtaxat hoc mō: ut p̄ mediā terrā ſi qđ directū  
traieceris cōtingere poſſit solē sub terrā. Lunā āt ſupra terrā. Qđ cū  
ita euénit: neceſſe ē ſolis radios p̄ magnitudinē terrā ita eē dimiſſos:  
ut lumē ei⁹ quo luna lucet nō poſſit ad eā puenire: & ita existimat fieri  
eclypsis lunā. Quā ſi ſuo lumine uteret: licebat ne apparere qđē nūq̄  
ſolē: ide oꝝ luna nihilominus luceret. Sic nāq̄ accipit lumē: ut luceat  
cū ſol uenerit p̄ terras: ſed nō ut aliquē locū cōclusiore totūq̄ ſpaciu

Impletum lumine. Si quis nostrū steterit in eo loco: quo Sol maxime lu-  
cet: reliquis partibus lumē a sole accipiēs præbebit. Id in Luna fieri in-  
venitur. Eam solis lumine accepto: lucere nōnulli existimāt reuibratio-  
ne. Cum dicit̄ Sol in Ariete aut in quolibet signo esse eū supra ipsas  
stellas arietis iter facere. Qui aut̄ hac ratione utunt̄: longe a uera ra-  
tione errāt. Nā neḡ Sol: neq̄ Luna p̄xime sidera apparēt. Hac etiā de  
causa nōnulli septē stellas erraticas fixerūt: adiungētes eodē Sole &  
Luna: quod cū q̄ngi stellis ferunt̄. Luna enim p̄xime terra est. Itaq̄ die  
bus. xxx. totū mundū existimāt transire. Id hac evenit rōne: si círculos  
qs intra zodiaci ambitū fecerit: eosq̄ sic hoc terualllo fixerit: ut terra  
sit in medio: & unā a terra ad lunā mensionē fecerit: q̄ Graci T̄ vob̄  
appellauerūt. Hunc autē quia nō certū spaciū potuerūt dicere: non  
dixerūt. Hac igitur re: q̄ breuiſſimo círculo deuachit̄ diebus. xxx. ad  
primum in peruenit signum.

### Luna



De Luna.

Deniq̄ cum luna est sub luxtri splendet amictu.  
Quū succincta iacet calamos latonia virgo est.  
Quū subnixa sedet solio plutonia coniunx.

**H**ab hoc circulo abest circulus tonon dimidiū: quo loco Mercurii fidus uehitur. Itaq; diebus. xxx. ad alterum signum transiens. Tardius ab hoc circulo abest tonon dimidiū: quo loco iter suū ueneris dirigit astrū. Tardius q̄ Mercurii stella cōficiens cursum. Tran sit enim ad aliud signum diebus. xxx. Supra huius stellam solis est cursus qui abest ab hespero: quæ est ueneris stella medietate toni. Itaq; cum inferioribus pariter puolans uno anno idest duodecim signa per currit tricesimo die ad aliud transiens signū. Supra solem igit & eius circulū Martis est stella quæ abest a sole tono dimidio. Itaq; diebus. lx. ad aliud signum trāfire. Hunc orbē supra Iouis est stella: quæ abet a Martis hemitonio. Itaq; uno anno ad alterū transit signū. Non uissima stella Saturni quæ maximo uehitur circulo: hæc aut̄ tono distat a Ioue. Itaq; annis. xxx. xii. percurrit signa. Ab ipsoq; tamen siderum corporibus. Saturnus abest tono uno & dimidio. Hac igitur ratiōe potes scire neq; solem: neq; lunā cōtingere stellas: & nihilominus per zodiacū circulū uerti. Hinc etiam possumus intelligere: lunam minorem esse sole. Omnia quæ p̄xima sunt nobis maiore necesse est esse: q̄ quæ longo discedente interuallo uidemus. Igitur lunam uidemus p̄xime nos esse. Neq; eā maiorē nostro aspectui esse q̄ solem. Illud quoq; necesse est cum sol nō longe absit a luna: & a nobis maior uidet: si prope acceſſerit: multo maiorē futurū. Præterea necesse est ut ante diximus: aut nullam stellam errat cā esse: aut solem pariter cū luna ut reliquas stellas errare. Si enim quisq; mihi potest demonstrare quinq; stellarum cursum & dicere: q̄ hodie quæq; corā ad aliud transeat signū: quē admodum de sole & luna fieri uidemus: & nihilominus suū efficit cursum nō est erratica. Si autē dubiū est quod hodie transeat: & ad aliud signū compari ratione cum luna feratur: & suū circulum dirigat: quē admodū stellarū quæ sunt dubia: necesse est has quoq; errare: sed non euenit ut errant præsertim cum suo tempore ad cursum reuertantur. Igitur ne stellarū quidem: cum certo tempore ad suū signū reuertantur: possunt errare: nisi forte uolumus accipere excusationē quod duo corpora magna facilius possunt obseruari: q̄ singula stellarū quæ non certos cursus conscientes uidentur apparere.

**S**ed stellas quinq<sup>u</sup>e nonnulli has aint esse Veneris: Mercurii: Iosuis: Saturni & Martis. Et quibus esse maximam colore candido: nomine hesperum: & eam appellari Venerem. Hacc stella non abest a sole longius duobus signis subtet eius circulum collocata: sicut ante diximus. Apparens autem maxime noctu: sed toto mense non plus indeficiens potest videri. Sed totus hesperus incertos efficit cursorum non codicem tempore ad præteritum transiens signum.

### Venus



**S**ecunda stella est Mercurii nomine Selbon totus acuto lumine & sed in aspectu non magnus. Hic autem a sole non longius abest signo uno. Qui semper eisdem cursus efficiens modo nocte prima modo autem ad solis exortus incipit apparere non unq; etiam per petuo signis. iii; est cum sole rediens autem cum sole: non amplius est q; tertiam partem signi.

Mercurius



**T**alis autem stella nomine Phœtonate corpore est magnus. Ficta autem simil s. lyrae. Hic autem. xii. signa annis. totidem transfigere existimatur: & unoquoque anno nusquam apparere dicitur: non minus dies. xxx. non plus. xl. Sed tunc maxime obscuratur eum occidit cum sole. Exoriens autem appetet ante se sol.

Jupiter



**S**olis stella nomine Phaeton: corpore est magno: colore autem igneo: similis eius stellæ: quæ est i humero dextro Orionis. Hic per: xii: signa assidue ferri uidetur: nonnug etiam cum solis ipsius sidetibus apparet: modo aliis partibus adiectis circuli. Hanc stellam nonnulli Saturni esse dixerunt. Redire autem ad signum anni. xxx. & quotannis non apparere. Non minus dies. xxx. nec amplius. xl.

### Saturnus



**R**Eliquum est nobis de Martis stella dicere: quæ nomine Pirois appellatur. Hæc autem non magno est corpore: sed figura fimi lis est flammae. Nonnunquam autem cum ipsis solis sideribus concurrens: omnia percolat signa: sedens ad primum signum non longius biennio.

Mars





Vod ad quinq<sup>ue</sup> stellas attinet: hucusq<sup>ue</sup> satis arbitra-  
mur dictum. Nunc autē demonstrabimus quibus de  
causis menses intercalentur. Q uoniam tēpus omne  
metimur die & nocte: mense & anno. Q uibus diem  
nobis diffinierunt: quādiu sol ab exortu ad occasum  
perueniat. Noctis autem spaciū constituerūt esse:  
quādiu sol ab occasu: rursum ad exortū reuertatur. Mensem aut̄ quā-  
diu luna zodiacum circulum perducat. Annū autem uoluerunt esse:  
cum sol ab æstiuo circulo redit.

Jacobus Sentinus Ricinensis lectoribus faciliterat.

**S**i quis ades sacrum cyram conscendere montem.  
Qui cupias: masas uel coluisse nouem:  
Scito prius q̄ sis redimitus tempora lauro  
Eſe opus Astrorum cognitione tibi:  
Quodq; ita ſit uatum teſtes monumenta priorum.  
Sunt: quibus in cunctis fidera cuncta miſcant.  
Agricolas aliis poſtis nam reſpice librum  
Quo docuit terraſ uertere rite Maroſ:  
Inuenies illic tot tempore ſaþe fereno  
Quod coelum ſpectans fidera nocte uides:  
Arma per ethmathios campos qui ſcripſit: & ille  
Carmine meonio fidera plura ſonat.  
Exul quiq; fuit ueneris quia tradidit attes:  
Inſeruit faſtis fidera quæq; ſuis.  
Vtq; alioſ raceaſ nullus mihi crede poeta  
Eſt bonus aſtronorum cognitione carcus.  
Quæreris ubi inuenias a quo uel diſcere poſſis  
Sidera tam docti que cecinere uiri  
Ecce opus: Hyginus quo nunc quot fidera mundus  
Altus habet: tot nos fidera noſſe docet:  
Quidq; ſit inferior mundus: quid ſphæra: quid axis:  
Quid centrum ſphærae: quid ſit uterq; polus:  
Aurea mala ferox ſerpens qui plura puellis  
Seruabat: quid ſit Arctophilaxq; feruſe  
Hinc Elice quid ſit: uel quam tyrus aſpicit arcton.  
Noſcere tu nunc ſit quid cynoſura potes.  
Perſeus Andromedæ monſtro religata marino  
Cung; meduſeo laruſa gorgon equo  
Gnoſia cum fulua fuerat redimita corona.  
Qua prius: & magno ſtrueta ſenore lyra  
Engenaſis cepheo cum Caſſiopæia magnos:  
Et Nemein fallens corripiendus Olor:  
Atq; Aquila: Heniochus: Delphin: Deltoton: & ille  
Quem cingit Serpens: atq; Sagitta ſimul:  
Biſ ſex poſt iſtas coeleſtia ſigna figuræ:  
Cetue: & Eridanus: & Lepus: atq; Canis:  
Et Procyon uates multum cantatus Orion:  
Ara quoq; a magno condita ſacra deo:

Argos: Phyllrides medica doctissimus arte:  
Hydra: uia & quæ nunc lactea nomen habet:  
Pluraq; in hoc paruo narrantur mixta libello  
Quæ sunt in stellas corpora uersa nouas:  
Quinetiam causæ cur sic mutata fuerunt  
Monstrantur: facil es omnibus atq; domus.  
Hunc igitur quisquis doctas coluisse sorores:  
Hunc eme uel quisquis fidera nosse cupis:  
Hunc lege qui latios optas uel nosse poetas:  
Hunc lege uel Rhetor qui bonus esse uelis:  
Hunc legat omnis amans: legat hunc quicunq; labores  
Sustinet: atq; illud ponere tentat onus.  
Attamen ingratine uos possitis haberi  
Quo nihil in mundo turpius esse potest:  
Dicite post messem uiuat per Nestoris annos.  
Vtile qui nobis tam bene preslit opus.

Impressum Venetii s Per Ioannem Baptistam Seffam  
Anno Domini. M. CCCCC. II. Die. XXV.  
Mensis Augusti.



In nomine Dñi

A terra usq; ad lunam est distantia 126600  
stadiorum i.e. 15825 miliariorum.

A luna usq; ad mercurium 78iz miliaria.  
& semis.

Inde ad venerem 78iz miliaria.

Inde ad solem zz4 6 miliaria.

A sole ad martem 156z5 miliaria.

Inde ad Iouem 78iz miliaria.

Inde ad firmamentum zz4z6 miliaria.

Inde ex his colligi potest q; a terra usq; ad  
coelum intersunt 107570 miliaria.

Circuitus terræ est 180000 stadiorum.i.  
zz500 miliariorum.











